



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola VII. Alexandri Papae III. Ad Thomam Cantvariensem  
Archiepiscopvm. Eum a iuramento de consuetudinibus Anglicanis, de  
quibus infra in Clarendonensi Concilio, immunitati ecclesiasticae ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

## EPISTOLA VII.

ALEXANDRI PAPÆ III.

AD THOMAM CANTVARIENSEM  
ARCHIEPISCOPVM.

Eum a iuramento de consuetudinibus Anglicanis , de quibus infra in Clarendonensi Concilio , immunitati ecclesiasticæ repugnantibus obseruandis absoluit.

*Alexander episcopus seruus seruorum Dei , &c.*

**A**d aures nostras fraternitas tua nouerit esse perlatum , &c. Extat in actis Clarendonensis Concilii anno 1164.

EPISTOLA VIII.  
ALEXANDRI PAPÆ III.  
AD EVMDEM.

De munere legationis apostolicæ Cantuariensi concedi solito , Eboracensi episcopo ad instantiam regis sine præiudicio Cantuariensis concessso.

*Alexander seruus seruorum Dei dilecto fratri Thomæ Cantuariensi archiepiscopo salutem & apostolicam. benedictionem.*

**E**T SI pro animi tui prudentia & fidei sinceritate perso-  
nam tuam vberiori dulcedine caritatis & flagrantiori  
desiderio velimus semper diligere , & honori & exaltatio-  
ni tuæ sicut carissimi fratris nostri ardenteri animo aspi-  
rare , nos tamen & te ipsum , qui magna columna es ecclæ-  
siæ , cautijs conuenit temporum qualitatem attendere , &  
prouida dispensationis moderatione motum principis de-  
linire . Nouit siquidem industria tua , cui diuina dispen-  
satio magna prudentiæ & gratiæ donum indulxit , quoniam  
\* feruentem dispositionem circa regni sui gubernationem  
carissimus in Christo filius noster Henricus illustris rex  
Anglorum defendat , & eamdem velit dispositionem , vt  
firmior habeatur , & habeat maiorem fauorem , auctorita-  
te Romanæ ecclæ roborari . Vnde cum olim per vene-  
rabilem